



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche  
Haus-Angelegenheiten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

209. Papst Pius II. dehnt in Ansehung des Schwanen-Ordens die Privilegien  
der Kirche der Jungfrau Maria auf dem Berge zu Brandenburg auch auf die  
Kirche zu Onolzbach aus, den 16. Januar 1460.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56597](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56597)

antworten vff sand Merteins tag. Actum am Sonnabend nach Margrethe, Anno etc. LIX<sup>o</sup>.

Nach dem Churmärktischen Lehnscopialbuche XXII, 1.

209. Pappst Pius II. dehnt in Ansehung des Schwanen-Ordens die Privilegien der Kirche der Jungfrau Maria auf dem Berge zu Brandenburg auch auf die Kirche zu Onoltzbach aus, den 16. Januar 1460.

Pius episcopus, seruus seruorum dei, ad futuram rei memoriam. Quantum frequentius fidelium mentes ad opera deuotionis inducimus, tanto ipsarum animarum commodo salubrius prouidemus. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Alberti, Marchionis Brandenburgensis, petitionis series continebat, Dilectus filius nobilis Fridericus, etiam Marchio Brandenburgensis ac Romani Imperii elector, in honorem beate Marie virginis et eius ecclesia sub ipsius inuocatione dedicata in monte extra muros Brandenburgenses quendam laycorum nobilium societatem instituit, in qua nobiles ex utroque parente de militari genere procreati recipi consueuerunt hactenus et ipsius societatis persone in torque argenteo vel aureo appendentem ymaginem eiusdem virginis in sole deferre dum vixerint et post vniuscuiusque obitum eidem ecclesie illam donare ac eciam certis anni temporibus ad huiusmodi societatem in ipsa ecclesia, que multis indulgentiis et remissionibus decorata est, conuenire tenentur: Et pro eo, quod olim plurimi nobiles, tum in ipsius Alberti Marchionis quam d̄uersis aliis partibus mundi commorantes, qui ad eandem societatem admissi sunt, prout indies recipiuntur et admittuntur, causantibus nonnullis impedimentis, ad eandem ecclesiam beate Marie in Monte se commode conferre nequeant et cum aliis confratribus conuenire, eorum commoditati prospiciens inter cetera statuerit et ordinauerit, quod hii, qui ad ecclesiam Brandenburgensem prefatam conuenire non possent, ad collegiatam ecclesiam Sancti Gumperti in Onoltzpach Herbipolensis diocesis, intra cuius septa idem Albertus Marchio quandam capellam ad vsum societatis et nobilium predictorum cum institutione certorum beneficiorum ecclesiasticorum edificari fecerit seu facere intendat, se recipiant, ne diuinus cultus propter loci distantiam negligatur, cupiat eandem ecclesiam in Onoltzbach ob honorem ipsius virginis congruis honoribus frequentari societatique predictae ea per sedem apostolicam benigne concedi, per que animarum earundem saluti et mentium tranquillitati salubriter consulatur; Nos eiusdem Alberti Marchionis deuotis in hac parte supplicationibus inclinati, de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eius

auctoritate confisi, omnibus et singulis eiusdem societatis personis vtriusque sexus presentibus et futuris eandem societatem ad honorem beate virginis ex permissione Marchionum eorundem habentibus et deferentibus, necnon eorundem Marchionum vxoribus vere penitentibus et confessis, auctoritate apostolica tenore presentium concedimus, quod ipsi et eorum singuli, qui ecclesiam collegiatam Onoltzbach prefatam a primis vesperis sabbati palmarum vsque ad secundas vespervas sequentis dominice deuote visitauerint annuatim, omnium peccatorum suorum remissionem plenariam consequantur, ita quod decanus dicte ecclesie sancti Gumperti nunc et pro tempore existens in ipsa ecclesia sacerdos seculares aut cuiuscunque etiam ordinis regulares ordinare et deputare valeat, qui omnium et singulorum supradictorum confessionibus auditis eos et eorum quemlibet etiam in casibus sedi apostolice reseruatis absoluerit ac eis pro commissis salutarem penitentiam iniungere ac plenariam remissionem huiusmodi impendere possint. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum se nouerit incursum. Datum Mantue, anno Incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, decimo septimo Kal. Februarii, pontificatus nostri anno secundo.

. . . de Luca.

Sungen's Miscell. II. — L. v. Ledebur Neues Allgemeines Archiv III, 81.

Anm. In ähnlicher Weise wurden diese Privilegien im Jahre 1513 noch auf die Schloßkirche zu Königsberg in Preußen ausgedehnt. Vgl. L. v. Ledebur am a. Ort.

210. König Georg von Böhmen bittet den Kurfürsten, Abgeordnete zu dem behufs der Einigung mit dem Herzog Heinrich von Glogau in Schlesien anberaumten Tage zu entsenden, am 23. März 1460.

Jorge, von gots gnaden Kunig zu Behemen vnnnd Marcgraue zu Meehen etc., Hochgebornner furste, lieber Swager. Als ytzund eyn tag zwischen ewr vnd dem Hochgebornnen Heynrichen, Hertzogen zu Slesien vnd Grosenglogaw, aufgenommen vnd In vnser Stad genant Budissen beramt ist, nu durch schirft entschides willen der sachen, Begern wir an euch in fruntlichen vleis, ir wollet ewer Reth auff sanct phillips vnd Jacofs der heiligen Apposteln tag schirft zu vns her gen Prage fertigen, So wollen wir sulche sachen selbst verhoren vnd getrewlich versuchen, die gutlichen zuerfugen vnd hinbej zulegen: denn was wir euch zu liebe